Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



tam regionem verbum dñi seminantes. pariter coronari meruerunt. Item apud cesaream cappadocie natale sanctorum polieuct. victoris. et donati. Lordube. sancti secundi martiris. Ex kal' junij

VII. B

In affrica. natale sanctorum emilij. qui ut scribit beatus cyprianus in libro de lapsis. per ignem passionis. martirium consummauerunt. Apud corsicam natale sancte iulie. que crucis supplicio coronata est. Antiochie. sancte helene virginis. Rome. sanctorum martirum faustini et timothei. X kal' junij

V. A

Apud lingonas. sancti desiderij episcopi. Hic cum plebem suam ab exercitu wandalorum vexari cerneret. pro ea supplicaturus exiens. statim iugulari est iussus. Quos pro quibus sibi credidit cervicem libenter tetendit. et percussus gladio migrauit ad xpm. Dalli sut autem cum eo et alij plures de numero gregis sui. et apud eandem urbem sunt condit. In hyspanijs. sancti epicti. et basilei epi. IX kal' junij

V. D

Natale sancti manahen. herodis tetrarche collactanei. doctoris et phete sub gratia noui testamenti. apud anthiochiam xpo quescentis. Item beatissime iohanne uxoris cuze procuratoris herodis. quam cõmemorant euangeliste. In portu romano. natale sancti vincencij martiris. In gallijs nampnetis ciuitate. beatorum martirum. donaciani et rogatiani fratrũ. qui pro constancia fidei in carcerem missi. in exilio